



Contents

The leaf, enumerated Omelia XXII-XXIII,¹ contains the latter part of homily 76.3 and the opening of 77.4.


The transcription attempts to follow the layout of the text written in double columns of 44 lines. Spelling, whether simply idiosyncratic or inconsistent is not edited. The original punctuation, capitalisation, headings and openings in mixed capitals are retained. Scribal abbreviations are expanded and underlined.

Compared against *PL* 35² and the Douay-Rheims Bible.

Transcribed by R. Faunce, March 2024.



This work is licensed under a Creative Commons “Attribution-NonCommercial 4.0 International” license.



1 Ac per hoc longe melius intelligitur
 2 illud iam tempus significare uoluisse
 3 in eo quod ait—Adhuc modicum et mun-
 4 dus me iam non uidet³. / quando in finem⁴
 5 sancti⁵ auferetur ab oculis dampnatorum .
 6 ut illi eum de cætero⁶ uideant apud
 7 quos diligentes eum facit pater
 8 atque ipse mansionem . Modicum
 9 autem dixit . quia et id quod prolixum
 10 uidetur hominibus . breuissimum est
 11 ante oculos dei . De hoc quippe mo-
 12 dico iste ipse . iohannes ati⁷ euangelista .
 13 Filioli inquit⁸ nouissima hora est⁹ .
 14 Ne quis porro existimet patrem
 15 tantum modo et filium sine spiritu sancto
 16 apud dilectores suos facere mansionem. /
 17 Recolat quod superius de spiritu sancto dic-
 18 tum est . quem mundus non potest
 19 accipere. / quia non uidet eum . nec scit eum. /
 20 Uos autem cognoscetis eum quia apud
 21 uos manebit . et in uobis erit .¹⁰ Ecce
 22 facit in sanctis . cum patre et filio . sanctus etiam
 23 spiritus mansionem. / Intus utique tanquam
 24 deus in templo suo; deus trinitas . pater . et
 25 filius . et spiritus sanctus . ueniunt ad nos . dum
 26 uenimus ad eos; ueniunt subueniendo. /
 27 uenimus obediendo; ueniunt illumi-
 28 nando. / uenimus intuendo . Ueniunt
 29 implendo . uenimus capiendo. / ut
 30 sit nobis eorum non extraria uisio . sed in-
 31 terna. / Et in nobis eorum non transitoria
 32 mansio sed æterna . Sic mundo
 33 non se filius manifestat . Mundus
 34 enim est dictus hoc loco de quibus con-
 35 tinuo subiunxit atque ait¹¹ . Qui non
 36 diligit me . sermones meos non seruat¹²;
 37 hii sunt qui patrem . et spiritum sanctum num-
 38 quam uident. / Filium autem non ut be-
 39 atificentur . sed ut iudicentur – Ad
 40 modicum uident. / Nec ipsum in forma dei
 41 ubi est cum patre et spiritu sancto pariter
 42 inuisibilis . sed in forma hominis
 43 ubi esse in mundo uoluit patiando
 44 contemptibilis . iudicando terribilis.

Quod uero adunxit – Et sermo quem
 audistis non est meus . sed eius qui misit
 me patris . / Non miremur . non pauemus .
 non est minor patre . sed non est . nisi a patre .
 Non est impar in ipso . sed non est a seipso .
 Neque enim mentitus est dicendo . qui
 non diligit me sermones meos non seruat .
 Ecce suos dixit esse sermones; numquid
 sibi est ipse contrarius . ubi rursus dixit —
 Et sermo quem audistis non est meus ?
 Et fortasse propter aliquam distinctionem
 ubi/ suos dixit—Pluraliter dixit—hoc
 est sermones. / Ubi autem sermonem .
 hoc est uerbum . non suum esse dixit . sed patris —
 Seipsum intelligi uoluit . In principio
 enim erat uerbum . et uerbum erat apud
 deum . et deus erat uerbum¹³ . Non utique suum .
 sed patris est uerbum. / Quomodo nec sua imago sed patris.
 nec suus filius idem ipse sed patris. Recte igitur auctori
 tribuit . quidquid facit æqualis . /
 a quo habet hoc ipsum quod illi est in-
 differenter æqualis .

EXPLICIT OMELIA . XXII .

INCIPIT OMELIA . XXIII .

De eo quod sequitur. Hæc locutus sum uobis apud uos manens . usque ad [id] pacem meam do uobis . non quomodo mundus dat ego do uobis.

IN PRECEDENTI LECTIONE

sancti euangelii quam sequitur ista
 quæmodo recitata est—Dominus iesus
 dixerat se . et patrem ad dilectores
 suos esse uenturos . et apud eos
 mansionem esse facturos . Iam uero
 et superius dixerat de spiritu sancto.
 uos autem cognoscetis eum . quia
 apud uos manebit . et in uobis
 erit.¹⁴ Unde intelleximus in sanctis
 tanquam in templo suo simul manere
 trinitatem deum . Nunc autem dicit .
 Hæc locutus sum uobis apud uos manens¹⁵
 Illa itaque mansio alia est quam superius¹⁶
 promisit futuram. / Hæc uero alia
 quam presentem esse testatur; Illa spiritalis est
 atque intrinsecus mentibus redditur. /

[verso]

1 hæc corporalis forinsecus . oculis atque
2 auribus exhibetur: Illa in æternum
3 beatificant¹⁷ liberatos./ hæc in tempore
4 uisitat liberandos . Secundum illam dominus
5 a suis dilectoribus non recedit . / Secundum
6 hanc . it . et redit¹⁸ . Hæc inquit¹⁹ locutus
7 sum uobis . apud uos manens²⁰ . utique
8 presentia corporali qua cum illis uisi-
9 bilis loquebatur . Paraclitus autem
10 inquit spiritus sanctus quem mittet²¹ pater in nomine
11 meo . ille uos docebit omnia . et com-
12 morabit uobis²² omnia quæcumque dixero
13 uobis . Numquidnam dicit filius et docet
14 spiritus sanctus . ut dicente filio uerba capiamus./
15 Docente autem spiritu sancto eadem uerba in-
16 tellegamus./ quasi dicat filius sine
17 spiritu sancto . aut spiritus sanctus doceat sine filio./
18 aut uero non et filius doceat . et spiritus
19 sanctus dicat./ Et cum deus aliquid dicit et docet.
20 trinitas ipsa dicat et doceat? Sed quoniam
21 trinitas est . oportebat eius singulas
22 insinuare personas . easque²³ nos distincte
23 audire inseparabiliter intelligere;
24 audi patrem dicentem . ubi legis . Dominus
25 dixit ad me . filius meus es tu²⁴ . Audi/ et
26 docentem ubi legis . Omnis qui audiuit
27 a patre et didicit . uenit ad me²⁵ Filium
28 uero dicentem modo audistis . De se
29 quippe ait—Quæcumque dixero uobis;
30 quem si et docentem uis nosse . magistrum
31 recale . / unus est inquit magister uester christus²⁶
32 Spiritum porro sanctum quem modo audistis
33 docentem ubi dictum est—Ipse uos docebit
34 omnia./ Audi etiam dicentem ubi legis .
35 in actibus apostolorum . beato petro dixisse
36 spiritum sanctum . uade cum illis . quia ego misi
37 eos . Omnis igitur et dicit et docet
38 trinitas . sed nisi etiam singillatim com-
39 mendaretur . eam nullo modo humana
40 capere ut cum que posset infirmitas . Cum
41 ergo sit omnino inseparabilis . nunquam
42 trinitas esse sciretur . si semper insepa-
43 rabiliter diceretur . Nam et cum dicimus
44 patrem . et filium . et spiritum sanctum . non eos

utique dicimus simul . cum ipsi non possint esse
non simul . Quod uero addidit commemo-
rabit uos . intelligere debemus etiam quod
iubemur . non obliuisci saluberrimos
monitus ad gratiam pertinere qua nos com-
memorat²⁷ christus . Pacem inquit relinquo uobis .
pacem meam do uobis . Hoc est quod legimus
apud prophetam . pacem super pacem .
Pacem nobis relinquit iturus . pacem suam nobis
dabit in finem uenturus . Pacem nobis re-
linquit in hoc seculo . pacem suam nobis
dabit in futuro seculo . Pacem nobis relinquit
in qua manentes hostem uincimus . pacem
suam nobis dabit . quando sine hoste re-
gnabimus . Pacem relinquit nobis . ut etiam
hic inuicem diligamus . pacem suam dabit nobis .
ubi nunquam dissentire possumus . Pacem re-
linquit nobis . ne de occultis nostris inuicem
iudicemus—Cum in hoc sumus mundo ./
pacem suam dabit nobis . cum manifestabit
cogitationes cordis . et tunc laus erit uni-
cuique a deo²⁸ . In illo tamen atque ab illo nobis
est pax . siue quam nobis relinquit iturus
ad patrem . siue quam nobis dabit nos
perducturus ad patrem . Quid autem nobis
relinquit ascendens a nobis . nisi seipsum dum²⁹
recedit a nobis./ Ipse enim est pax nostra . qui fecit
utraque unum³⁰ Pax ergo ipse nobis est
et cum credimus quia est . et cum uidebimus³¹
eum sicuti est . Si enim quamdiu sumus
in corpore corruptibili quod adgrauat
animam—Cum per fidem ambulamus .
non per speciem³² . non deserit peregrinantes
a se./ quanto magis cum ad ipsam speciem
uenerimus nos implebit ex se./ Sed quid est
quod ubi ait—Pacem relinquo uobis . non addidit
meam ./ ubi uero ait . do uobis—Ibi dixit meam./
Utrum subaudiendum est meam . et ubi dic-
tum non est . quia postea dictum est . et³³ po-
test referri ad utrumque etiam quod semel dic-
tum est./ an forte et hic aliquid latet quod
petendum est . et quærendum . et quod pul-
santibus aperiendum./ Quid si enim pacem
suam eam uoluit intelligi qualem habet ipse ./

Notes

¹Based on this numbering, it is likely the original manuscript followed a division into two parts, with numeration of the first part 1-54, and the second part 1-70.

²Aurelius Augustinus, ‘In Evangelium Ioannis tractatus’, ed., J.P. Migne *Patrologiae Cursus Completus. Series latina* 35, 1845. Retrieved from Wikisource https://w.wiki/_v2i9, 22 February 2024.

³John 14: 19

⁴*finem* for *fine*

⁵*sancti* for *sæculi*

⁶The æ ligature is used throughout the text.

⁷*ati* added; not in Migne’s edition

⁸*inquit* added; not in Migne’s edition

⁹I John 2: 18 “Filioli novissima hora est...”

¹⁰John 14: 17

¹¹*atque ait* added; not in Migne’s edition

¹²John 14: 24

¹³John 1: 1

¹⁴John 14: 17

¹⁵John 14: 25

¹⁶*superius* added; not in Migne’s edition

¹⁷scribal correction: ‘n’ crossed out

¹⁸*redit* for *recedit*

¹⁹*inquit* added; not in Migne’s edition

²⁰John 14: 25

²¹scribal correction: *mittit* changed to *mittet*

²²*uobis* for *uos*

²³*eamque* for *eamque*

²⁴Psalms 2: 7

²⁵John 6: 45

²⁶Matthew 23: 10

²⁷scribal correction: *memoret* changed to *memorat*

²⁸I Corinthian 4: 5 “...et manifestabit consilia cordium et tunc laus erit unicuique a Deo”. However ‘cogitationes cordis’, as also appears in Migne’s edition, links to Psalms 19: 11 “consilium Domini in aeternum stabit cogitationes cordis eius in generatione et generatione”.

²⁹*non* omitted

³⁰Ephesians 2: 14

³¹*uidebimus* for *uidemus*

³²II Corinthian 5: 7 “...per fidem enim ambulamus et non per speciem”

³³*postea dictum est et* added; not in Migne’s edition